



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 35. Gregorius Romam ire decernit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XIV.
A.C. 1375.

§. XXXV.

Papa Romam ire decernit.

Gregorius suscepimus animum petendi
Romam jam declaraverat, cum so-
lemnem Romanorum legationem exce-
pisset. Vide, quomodo Imperatori Caro-
lo hac super re 8 Oct. scripsit! Adire
Romam præcipuam sedem nostram, ibi-
que ac propinquis in locis cum nostra
Curia residere, jam inde ab initio ponti-
ficatus nostri semper desideravimus. Ha-
c tenus ob diversa obstacula haud potui-
mus hoc iter facere, ac ne tempus
quidem ei destinare. Nunc autem con-
stituimus mense Septembri juvantibus
Superis nos viæ committere, ne nimium
cunctemur. Pergratam tibi rem nuncian-
tes expetimus, ut hoc iter cum nostra
Curia tuto confidere, ac Romæ tranqui-
le agere auxilio possimus tuo. Idem eo-
dem tempore indicavit Papa Ducibus
Austriæ, Ludovico Hungariae, Frideri-
co Siciliæ Regibus, ac Principibus Ita-
liæ universis.

Sup. lib. 96.
§. 54.

Rayn. 1375.
z. 22.

Vidimus, quam ægre Galli tulerint
Papam habitare Romæ; & quæ hac de-
re Urbano V proposuerint. Quapropter
Gregorius XI 9 Jan. 1375 Regi Carolo V
ita scripsit: Quamvis grave sit nobis e-
tua vicinia, natalique regione nostra pro-
cul

cul abire: id tamen exigunt condecen-Sæcul.XIV.
tia, incrementum religionis, & status A.C. 1375.
terrarum Ecclesiæ: ac proximo vere Ro-
mam proficisci post maturam delibera-
tionem statuimus. Significavit hoc e-
tiam Eduardo Angliæ, Ferdinando Lusit-
taniæ, Henrico Castellæ, Petro Arrago-
niæ, & Carolo Navarræ Regibus. At
postea sperans se per autumnum anni
hujus confecturum pacem inter Franciam,
& Angliam, iter suum in vernum an-
ni posteri tempus distulit; ut docet
eius epistola 20 Julii ad Ducem Ve-
netum data.

Diuturna Paparum in urbe Avenio-
ne commoratio videbatur approbare re-
liquorum Præsulum absentiam a propriis
dioecesibus. Itaque Papa, ut malum hoc
exemplum, quod ex sua parte sublatu-
rus erat, totam per Ecclesiam tolleret,
29 Martii edidit sanctionem, cuius hæc
erat summa: Præcipimus, ut omnes cu-
juscunque dignitatis Episcopi, Abbates,
ac Ordinum Præpositi duos intra menses
ad suas redeant Ecclesias, & assidue ibi
resideant, exceptis solum Cardinalibus,
Legatis, Nunciis, cæterisque Administris
nostris, quos speciatim nominaverimus,
& quatuor Patriarchis, quorum sedes sunt
in terris hominum a religione sana alie-
norum.

n. 23.

S 5 §. XXXVI.